tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrimas tuas, & ecce ſanavi te: die tertio aſcendes templum Domini. *4. Reg.* 20. 5.

*Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum.* 2. *Paralip.* 30. *Vide* & v. 9.

Et inveniſti cor ejus fidele coram te: & percuſſiſti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Jebuſæi, & Gergeſæi, & dares ſemini ejus: & impleſti verba tua, quoniam juſtus es. 2. *Eſdr.* 9. 8.

Sed misereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Sap.* 11. 24.

Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum? *Eccli.* 2. 12. & cap. 18. *miſericordia Dei oſtenditur.*

Dixi: confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. *Pſalm.* 31. 5.

Juſtitia tua ſicut montes Dei: judicia tua abyſſus multa. Homines & jumenta ſalvabis Domine: quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. *Ibid.* 35. 7.

Junior fui, etenim ſenui: & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem. *Ibid.* 36. 25.

Quaniam tu Domine ſuavis, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te. *Ibid.* 85. 5., & *Pſal.* 102. *per totum*, & 135.

Miſerator, & miſericors Dominus: patiens, & multum miſericors. *Ibid.* 144. 8.

Propterea expectat Dominus, ut miſeratur veſtri: & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus judicii Dominus: beati omnes, qui expectant eum. *Iſa.* 30. 18.

Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. *Ibid.* 54. 7.

Derelinquat impius, viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus, & ad Deum noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. *Ibid.* 55. 7.

Et cum evulſero eos, convertar, & miſerebor eorum: & reducam eos, virum ad hereditatem ſuam, & virum in terram ſuam. *Jerem.* 12. 15.

Si pœnitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod locutus ſum adverſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei. *Ibid.* 18. 8.

Et cum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit judicium, & juſtitiam: ipſe animam ſuam vivificabit. *Ezech.* 18. 27. *Item verbatim* 33. 14.

*Exaudivit Dominus vocem Suſannæ, & quia per impudicos ſenes presbyteros injuſte fuerat condemnata, per continentem puerum fuit juſto judicio liberata. Dan.* 13.

Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & convertimini ad Dominum Deum noſtrum; quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. *Joel.* 2. 13.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth.* 11. 28.

Et miſericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. *Luc.* 1. 50.

Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt. *Ibid.* 6. 36.

Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. *Ibid.* 23. 43.

Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. 2. *Cor.* 1. 3.

Deus autem, qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos. *Epheſ.* 2. 4.

## T I T U L U S XIII.

*Boni latentes inter malos.*

Q*Uamvis ſcriptum ſit*: Omnis caro corruperat viam ſuam: *tamen Dominus dixit ad Noe*: Te vidi juſtum coram me in generatione hac. *Gen.* 7. 1.

*Loth juſtus habitavit in medio Sodomorum. Ibid. c.* 13. *v.* 12.

*Joſeph in Ægypto caſtam & fidelem vitam duxit. Ibid. c.* 39.

*Samuel inter filios Heli peſſimos, ſanctus & innocens fuit.* 1. *Reg.* 2.

*Sub Achab & Jezabel Elias omnes, ſe ſolo excepto, reputabat idololatras: ſed dixit ei per reſponſum Dominus*: Et derelinquam mihi in Iſraël ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal. 3. *Reg.* 19. 18. *Vide de hoc etiam* Romanor. c. 11. 3. 4.

*Tobias ſolus inter plurimos alios Probus & Pius. Tob.* 1. 5.

*Mardochæus erat viſus, ubi quaſi omnes adorabant Aman ſuperbiſſimum, ipſe vero Mardochæus genua non flectebat. Eſther* 3. & 5. *c.*

*Sanctus Job gentilis fuit, & de Eſau dicitur deſcendiſſe, quem tamen conſtat fide & moribus mirabiliter claruiſſe: Qui de ſe ipſo dicebat*: Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. *Job* 3. & 30. *v.* 29.

Dixit



*Dixit Dominus Ezechieli*: Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas: quoniam increduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. *Ezech.* 2. 6. *Vide totum caput.*

*Daniel & ſocii ejus habitaverunt cum Chaldæis idololatris, qui eos ad idololatriam inducere, & a cultu veri Dei retrahere quidem laboraverunt, ſed tamen boni perſtiterunt. Dan. c.* 6. & 14.

*Suſanna fuit caſtiſſima in Babylone, ubi ſenes presbyteri erant impudici, & judices iniqui. Ibid. cap.* 13.

*Videbatur tempore Antiochi Epiphanis, quod Judæi eſſent ferme omnes ad ritum Gentilium tranſlati, ſed inventi ſunt Mathathias, & filii ejus Eleazarus, & multi alii, qui in lege Dei valde ſtabiles fuerunt & firmi. In Libris Machabæorum. Vide præcipue* 2. Machab. c. 3.

*Commendans Dominus fidem & devotionem Centurionis de Capharnaum, dixit*: Non inveni tantam fidem in Iſrael. *Matth.* 8. 10.

*Joſeph ab Arimathia occultus erat Diſcipulus Jeſu: depoſito tamen metu* Audacter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus Jeſu. *Marc.* 15. 42. Matth. 27. 57. Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.

*Nicodemus princeps Judæorum venit ad Jeſum nocte, & plane confitetur*: Rabbi: ſcimus, quia a Deo veniſti magiſter. *Joan.* 3. 2.

Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius (*inter alios improbos*) religioſus, & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi & deprecans Deum ſemper. *Actor.* 10, 1.

*Bonorum oppreſſio. Vide Oppreſſio bonorum.*

*Bonorum ſocietas. Vide Societas bonorum.*

# C

## T I T U L U S I.

*Cæcitas.*

*Cæcitas tum corporalis, tum ſpiritualis.*

ET eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate, a minimo uſque ad maximum, ita ut oſtium invenire non poſſent. *Gen.* 19. 11.

Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. *Deut.* 28. 28.

Hoſtes vero deſcenderunt ad eum: porro Eliſeus oravit ad Dominum dicens: Percute obſecro gentem hanc cæcitate: percuſſitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Eliſei. 4. *Reg.* 6. 18.

*Vide uti Tobias caſu cæcus factus. Tob.* 2. 11.

Obſcurentur oculi eorum, ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva. *Pſal.* 68. 24.

Dominus ſolvit compeditos, Dominus illuminat cæcos. *Ibid.* 145. 8.

Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum. *Iſa.* 6. 10. *Vide &* Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan. 12. 40. Actor. 28. 26. Rom. 11. 8. & 10.

Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. *Iſa.* 29. 18.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, &c. *Ibid.* 35. 5. Matth. 11. 5.

Ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. *Iſa.* 42. 7. Et ducam cæcos in viam, quam neſciunt, & in ſemitis quæ ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta: Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. Ibid. 16. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Ibid. 18.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: ſurdum, & aures ei ſunt. *Ibid.* 43. 8.

Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia. *Ibid.* 56. 10.

Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectavimus: impegimus meridie quaſi in tenebris: in caliginoſis, quaſi mortui. *Ibid.* 59. 10.

Hæc cogitaverunt, & erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum. *Sap.* 2. 21.

Sinite illos: Cæci ſunt & duces *cæcorum*: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt. *Matth.* 15. 14.

Oculos habentes non videtis? & aures habentes, non auditis? *Marc.* 8. 18.

Prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. *Luc.* 4. 19. Joan. 9. 1.

Et

Et ſtatim ceciderunt ab oculis ejus tamquam ſquamæ, & viſum recepit, & ſurgens baptizatus eſt. *Actor. 9. 18. Vide & v. 9.*

Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, & non videbis ſolem uſque ad tempus. *Ibid. 13. 11.*

Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Rom. 1. 21.*

In quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *2. Cor. 4. 4.*

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a via Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis *ipſorum*. *Epheſ. 4. 18. Vide &* Apoc. 3. 17.

Qui *autem* odit fratrem *ſuum* in tenebris eſt . . . quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus. *1. Joan. 2. 11.*

Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. *2. Petr. 1. 9.*

## T I T L U S II.

*Cæci illuminantur.*

QUam (*albuginem*) apprehendens Tobias, traxit ab oculis ejus, ſtatimque viſum recepit. (*Pater ejus*) *Tob. 11. 15.*

Et aperti ſunt oculi eorum: & comminatus eſt illis Jeſus, dicens: Videte, ne quis ſciat, &c. *Matth. 5. 3.*

Miſertus autem eorum Jeſus (*duorum cæcorum*) tetigit oculus eorum, & confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum. *Ibid. 20. 34.*

Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus; & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita ut clare videret omnia. *Marc. 8. 2.*

Et veniunt Jericho: & proficiſcente eo (*Jeſu*) Jericho, & diſcipulis ejus, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, ſedebat juxta viam mendicans, &c. *Ibid. 10. 46.* Cœpit clamare, & dicere: Jeſu fili David, miſerere mei, &c. Ib. 47. Jeſus autem ait illi: Vade, fides tua te ſalvum fecit: & confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via. Ib. 52. *Idem habetur* Luc. 18. 35.

Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus. Et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus: Abiit ergo, & lavit, & venit videns. *Joan. 9. 4.*

*Cerei. Vide infra Cereorum & lampadum uſus.*

## T I T U L U S III.

*Cæremonia Eccleſiaſtica, ſeu cultus externus.*

ÆDificavit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. *Gen. 8. 20. Vide & Gen. 33. 20.*

At vero Melchiſedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cælum & terram. *Ibid. 14. 18.* Ebr. 7. 13.

Hoc eſt meum pactum, quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: circumcidetur ex vobis omne maſculinum. *Ibidem 17. 10. Vide &* Exod. cap. 12. *de agno Paſchali.*

Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legeſque ſervaverit. *Ibid. 26. 4.*

Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum: oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. *Exod. 18. 19. Vide totum librum Levitici, & Numer.*

*Præcepit Dominus fieri ſibi tabernaculum cum variis utenſilibus, & miniſtros ad miniſteria ordinari ad cultum ipſius. Exod. 25. ut patet im multis* Capp. Exod.

De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, uſque in diem, quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ, ſeptem enim diebus finitur conſecratio: ſicut & impræſentiarum factum eſt, ut ritus ſacrificii compleretur. *Levit. 8. 33.* cap. 10. 19.

Sed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonii, & cuncta vaſa ejus, & quidquiid ad cæremonias pertinet, &c. *Num. 1. 50.*

*Ritus & officia Levitarum juxta cujuſque familiam diſtribuuntur: ſic & Ibid. 4.* cap. 6. 7. 8. & 9. & 15. &c.

*David*



*David ſenex, Salomone rege deſignato, numeratorum Levitarum officia deſignat, Moyſique filii Levitis annumerantur. 1. Paral. 23.*

*Templum plurimis victimis dedicatur, ac Paſcha ſeptem diebus celebratur. 1. Eſdr. 6.*

## T I T U L U S IV.

*Cæremonia ſeu ritus certi in orando.*

STetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum, & ait: Dominus Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cælo deſuper & ſuper terram deorſum, &c. *3. Reg. 8. 22.* Factum eſt autem cum compleſſet Salomon, orans Dominum omnem orationem & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: utrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum. Ib. 54.

Et expandit ſe (*Elias*) atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait: Dominus Deus meus, revertatur, obſecro, anima pueri hujus in viſcera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ. *ibid. 17. 21.*

Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, &c. *Ibid. 18. 42.*

Tam Levitæ, quam cantores, id eſt & qui ſub Aſaph erant, & qui ſub Heman, & qui ſub Idithum filii, & fratres eorum veſtiti byſſinis, cymbalis & pſalteriis, & cytharis concrepabant, ſtantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis ſacerdotes centum viginti canentes tubis. *2. Paral. 5. 12.*

*Magi procidentes adoraverunt Chriſtum, &c. Matth. 1. 11.*

Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, &c. *Ibid. 26. 39.* Marc. *idem habetur* Cap. 14. 35.

*Jeſus* Et poſitis genibus orabat. *Luc. 22. 41.*

Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum. *1. Cor. 11. 4.*

Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus ſine ira, & diſceptatione. *1. Tim. 2. 8.*

*Oratio flexis genibus. Vide Titulum Oratio.*

## T I T U L U S V.

*Calix iræ & furoris.*

COnſurge Jeruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus. *Iſa. 51. 17.*

Calix in manu Domini ... *ex quo* bibent omnes peccatores terræ. *Pſal. 74. 8.*

Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sume calicem vini furoris hujus de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. *Jer. 25. 15.*

Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis. *Pſal. 59. 5.*

Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus. *Apoc. 16. 19.*

## T I T U L U S VI.

*Calix paſſionis.*

NEſcitis, quid petatis: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? *Matth. 20. 22. Idem* Marc. 10. 38.

Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum. *Ibid. 26. 38.*

Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum a me: Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. *Luc. 22. 42.*

Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum? *Joan. 18. 11.*

*Calliditas. Vide Aſtutia.*

## T I T U L S VII.

*Calumnia.*

INtroducti ſumus, ut devolvat in nos calumniam, & violenter ſubjiciat ſervituti. *Gen. 43. 18.*

Non facias calumniam proximo tuo. *Levit. 19. 13.*

Omnique tempore calumniam ſuſtineas .. . nec habeas, qui liberet te. *Deut. 28. 29.*

Si quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. *1. Reg. 12. 3.*

*Deus*

*Deus* humiliabit calumniatorem. *Pſalm.* 71. 4.

Feci judicium & juſtitiam: non tradas me calumniantibus me. *Ibid.* 118. 122. *Vide & v.* 112. 134.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus. *Prov.* 14. 31. *Vide etiam c.* 22. 16.

Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames. *Ib.* 28. 3.

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. *Prov.* 28. 16.

Hominem, qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet. *Eod. c. v.* 17.

Et vidi calumnias quæ ſub ſole egerunt, & lacrimas innocentium, & neminem conſolatorem. *Eccleſ.* 4. 1.

Si videris calumnias egenorum & violenta judicia, & ſubverti juſtitiam in provincia, non mireris ſuper hoc negotio. *Ibid.* 5. 7.

Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius. *Ibid.* 7. 8.

A tribus timuit cor meum: & in quarto facies mea metuit: delaturam civitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem, &c. *Eccli.* 26. 5.

Qui projicit avaritiam ex calumnia, ... Iſte in excelſis habitabit. *Iſa.* 33. 15.

Recede procul a calumnia. *Ibid.* 54. 14.

Hæc eſt civitas viſitationis, omnis calumnia in medio ejus. *Jerem.* 6. 6.

Advenæ & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, & habitabo vobiſcum. *Ibid.* 7. 6.

Et eruite vi oppreſſum de manu calumniantis. *Ibid.* 21. 12.

Pater ejus quia calumniatus eſt, , & vim fecit fratri ... ecce mortuus eſt iniquitate ſua. *Ezech.* 18. 18.

Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebant, & opprimebant advenam calumnia abſque judicio. *Ibid.* 22. 29. *Vide & v.* 7. & 12.

Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio ejus, & calumniam patientes in penetralibus ejus. *Amos* 3. 9.

Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis. *Ibid.* 4. 1.

Et Viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari. *Zach.* 7. 10.

Et accedam ad vos in judicio, & ero teſtis velox maledicis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii. *Malach.* 3. 5.

Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. *Matth.* 5. 44. *Vide &* Lucæ. 6. 28.

Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. *Luca* 3. 14.

Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. 1. *Cor.* 6. 7.

*Captivitas Ægyptiaca. Vide Ægyptiaca Captivitas.*

## T I T U L U S VIII.

*Captivos inviſere.*

PErgebat ergo ad omnes, qui erant in captivitate, & monita ſalutis dabat eis. *Tob.* 1. 15.

Tunc reſpondebunt ei juſti dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pavimus, ſitientem, & dedimus tibi potum? *Matth.* 25. 37.

Et Petrus quidem ſervabatur in carcere: Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. *Actor.* 12. 5.

Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit. 2. *Tim.* 1. 16.

Mementote vinctorum, tamquam ſimul vincti: & laborantium, tamquam & ipſi in corpore morantes. *Heb.* 13. 3.

## T I T U L U S IX.

*Captivos non deſerit Deus.*

FUit autem Deus cum Joſeph, & miſertus illius, dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. *Gen.* 39. 21.

Hæc venditum juſtum non dereliquit ... deſcenditque cum illo in foveam. *Sap.* 10. 13. *Vide* Gen. 37. 28.

Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus. *Act.* 5. 19.

Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo & fratribus hæc. *Ibid.* 12. 17.

Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas orantes, laudabant Deum. *Ibid.* 16. 24.

T I-



## T I T U L U S X.

*Carnem ſuam crucifigere quomodo oportet.*

OPerarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paullatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. *Eccl.* 19. 1.

Cibaria & virga, & onus aſino: panis & diſciplina, & opus ſervo. *Ibid.* 33. 25.

Ultionem accipite de ea: ſicut fecit, facite ei. *Jerem.* 10. 15.

Ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua. *Dan.* 10. 12.

Sicut feciſti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum. *Abdia v.* 15.

Intra in lutum & calca, ſubigens tene laterem. *Nahum* 3. 14.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis. *Habac.* 3. 16.

Homo agricola ego ſum ( *proprii corporis* ) quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. *Zachar.* 13. 5.

Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, & ultra non ſerviamus peccato. *Rom.* 6. 6.

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. *Ibid. v.* 12. cap. 8. 12.

Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis: quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. *Ibid.* 8. 13.

Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. *Ibid.* 12. 1.

Sed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. 1. *Cor.* 9. 27.

Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. *Cor.* 4. 10.

Chriſto confixus ſum Cruci. Vivo autem jam non ego: vivit vero in me Chriſtus. *Galat.* 2. 19.

Dico autem: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. *Ibid.* 5. 16.

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. *Ibid. verſ.* 24.

De cetero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto. *Cap. ult.* 17.

Deponere vos ſecundum priſtinam conſuetudinem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. *Epheſ.* 4. 22.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. *Ibid.* 5. 3.

Configuratus morti ejus ( *Chriſti* ): ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis. *Philip.* 3. 10.

Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus quod eſt Eccleſia: cujus factus ſum ego miniſter. *Coloſ.* 1. 11.

Erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo. *Tit.* 2. 12.

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes, &c. 1. *Petr.* 2. 1.

Propter hoc enim & mortuis evangelizatum eſt: ut judicentur quidem ſecundum homines in carne, vivant autem ſecundum Deum in ſpiritu. *Ibid.* 4. 6.

Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis ( *ſcilicet caro* ): & duplicate duplicia ſecundum opera ejus: in poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. *Apoc.* 18. 6.

## T I T U L U S XI.

*Caro pro neceſſitate curanda.*

FRatres, debitores ſumus, non carni, ut ſecundum carnem vivamus. *Rom.* 8. 12.

Et Carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Ibid.* 13. 14.

Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. 1. *Cor.* 15. 50.

Cariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2. *Cor.* 7. 1.

In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus. *Ibid.* 10. 3.

T I-

## TITULUS XII.

*Caro a voluptate refrænanda, quia bonum impedit.*

QUi autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. *Rom.* 8. 8. 9.

Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? *1. Cor.* 3. 3.

Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum: ſpiritus autem adverſus carnem: Hæc enim ſibi invicem adverſantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis. *Galat.* 5. 17.

Cariſſimi, obſecro vos tamquam advenas & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam. *1. Petr.* 2. 11.

## TITULUS XIII.

*Caro ſpiritum interimit.*

NOn permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. *Gen.* 6. 3.

Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Jeſu, qui non ſecundum carnem ambulant. *Rom.* 8. 1. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt. v. 5.

Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritus facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Ibid.* v. 13.

Dico autem: ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. *Galat.* 5. 16.

Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. *Ibid.* v. 19.

Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminaverit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. *Ibid.* 6. 7.

## TITULUS XIV.

*Caſtitas.*

*Caſtitas cælibum præfertur caſtitati conjugali.*

Q*Uamdiu primi noſtri parentes in paradiſo fuerunt, virgines extiterunt, ſed ipſis ejectis dicitur*: Adam vero cognovit uxorem ſuam Evam. *Gen.* 4. 1.

*Poſt debellationem Madianitarum factam per Phinees, & alios pugnatores, Moyſes mulieres corruptas jugulari, & virgines reſervari juſſit. Num.* 31. *v.* 18.

*Mundi eſſe debebant, maxime a mulieribus, qui panes ſacerdotales comedabant.* 1. *Reg.* 21. 4.

*Quando mulier Sunamitis, hoſpita Eliſæi, volebat ei loqui, mittebat ad eam Eliſæus puerum ſuum, quaſi vitans colloquia mulierum.* 4. *Reg.* 4. 12.

Tu ſcis Domine, quia numquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. *Tob.* 3. 16.

Incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. *Sap.* 6. 20.

Sunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi ... qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. *Matth.* 19. 12.

In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei in Cælo. *Ibid.* 22. 30. *Vide etiam* Luc. 20. 34.

*Beata Virgo Maria ab Angelo venerabiliter ſalutata, non eſt oblita voti & propoſiti caſtitatis, licet Angelus dixerit, quod ex ea filius altiſſimi naſceretur. Luc.* 1. 26.

*Caſtitatis argumentum fuit in beato Stephano, quia ipſe ab Apoſtolis fuit deputatus ad miniſterium vel cuſtodiam mulierum. Actor.* 6. 3.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: Conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſecutus a Domino, ut ſim fidelis. 1. *Cor.* 4. 25. Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Ib. 32. Et mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore, & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Ib. 34. Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit, & qui non jungit, melius facit. Ibid. 38.

Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. *Apoc.* 14. 4.





*Caſtitas conſulitur ut perfectio Evangelica, Mach.* 19. 12. 1. *Cor.* 7. 25. *ut ſupra. Vide & votum caſtitatis.*

## TITULUS XV.

*Caſtitatis Laus.*

TU gloria Jeruſalem, (*Judith*) tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri! quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaveris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum. *Judith.* 15. 10.

Erat etiam virtuti caſtitas adjuncta, ita ut non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir ejus. *Ibid.* 16. 26.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. *Prov.* 22. 11.

Maledicta creatura eorum; quoniam felix eſt ſterilis: & incoinquinata, quæ neſcivit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. *Sap.* 3. 13.

O quam pulcra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines. Cum præſens eſt, imitantur illam: & deſiderant eam, cum ſe eduxerit: & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. *Ibid.* 4. 1.

Incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. *Ibid.* 6. 20.

Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ. *Eccli.* 26. 20.

Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum; Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Iſa.* 7. 14.

Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis --- Dabo eis --- nomen melius a filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis quod non peribit. *Iſa.* 56. 13.

Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulcrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? *Zach.* 9. 17.

Hic (*Razias*) multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Judaiſmo, corpuſque & animam tradere contentus pro perſeverantia. 2. *Mach.* 14. 38.

Sunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus; & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. *Matth.* 19. 12.

Et ait illi Jeſus: Filii hujus ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi vero qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores: neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cum ſint filii reſurrectionis. *Luc.* 20. 34. *Matth.* 22. 30.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do tamquam miſericordiam conſecutus a Domino, ut ſim fidelis. 1. *Cor.* 7. 25.

Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. *Cor.* 11. 1.

Fructus autem ſpiritus eſt: Caritas -- continentia, caſtitas, &c. *Gal.* 5. 22.

Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, &c. *Apoc.* 14. 4.

## TITULUS XVI.

*Cavendum a Pſeudoprophetis. Vide & Pſeudoprophetæ.*

ATtendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos, &c. *Matth.* 7. 15.

Et præcipiebat eis (*Jeſus*) dicens: Videte, & cavete a fermento Phariſæorum, & fermento Herodis. *Marc.* 8. 15.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum: & multos ſeducent. *Ibid.* 13. 6.

Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini. *Luc.* 17. 23.

## TITULS XVII.

*Cereorum & lampadum uſus in templo.*

FEcitque Salomon omnia vaſa domus Dei, & altare aureum & menſas, & ſuper eas panes propoſitionis. Candelabra quoque cum lucernis ſuis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum, ex auro puriſſimo: & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos: omnia de auro mundiſſimo facta ſunt. 2. *Paral.* 4. 19.

Ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, &c. *Levit.* 6. 12.

## TITULUS XVIII.

*Certi non ſumus de accepta peccatorum remiſſione, vel vita æterna conſequenda.*
*Vide & Tit. Peccarum. Remiſſio peccatorum. Item Vita æterna.*

OMnia hæc tractavi in corde meo, ut curioſe intelligerem. Sunt juſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſervantur incerta, eo quod univerſa æque eveniant juſto & impio, bono & malo, &c. *Eccleſ.* 9. 1.

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu: neque adjicias peccatum ſuper peccatum. *Eccli.* 5. 5. Rom. 8. 17.

Propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. *Rom.* 11. 20. Phil. 3. 11. 1. Tim. 1. 19. Ebr. 3. 14. 4. 1.

Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc juſtificatus ſum: qui autem judicat me, Dominus eſt. 1. *Cor.* 4. 4. c. 9. 27.

Itaque, qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat. *Ibid.* 10. 12.

Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini: *Philip.* 2. 12. 2. Petr. 3. 17.

## TITULUS XIX.

*Caritas. Vide & Dilectio.*

VIdebantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine. *Gen.* 29. 20.

Qui autem diligunt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent. *Judic.* 5. 31.

Et univerſa delicta operit caritas. *Prov.* 10. 12.

Qui deſpicit proximum ſuum, peccat. *Ibid.* 14. 21.

Ordinavit in me charitatem. *Cantic.* 2. 4.

Fortis eſt, ut mors, dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. *Ibid.* 8. 6.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem: nec flumina obruent illam. *Ibid. v.* 7.

In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hereditate illius coheres ſis. *Eccli.* 22. 29.

Ne avertas faciem a proximo tuo. *Ibid.* 41. 26.

In his duobus mandatis univerſa lex pendet, & Prophetæ. *Matth* 22. 40.

Et quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum. *Ibid.* 24. 12.

Bene, magiſter, in veritate dixiſti, quia unus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde. *Marc.* 12. 32.

Et diligere proximum tamquam ſe ipſum, majus eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificiis. *Ibid. v.* 33.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Joan.* 15. 13.

Qui manet in me, (*per caritatem*) & ego in eo, hic fert fructum multum quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ibid. v.* 5.

Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. *Rom.* 5. 5.

Caritate fraternitatis invicem diligentes. *Ibid.* 12. 10.

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, *per caritatem ſervite invicem. Ibid. v.* 13. *Vide* Gal. 5. 13.

Caritas patiens eſt, benigna eſt: Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate; congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. 1. *Cor.* 13. 4.

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans — Et ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum — & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam — nihil mihi prodeſt. *Ibid. v.* 1.

Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas — caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. *Ibid. v.* 3.

Caritas nunquam excidit. *Ibid. v.* 8.

Nunc autem manent, fides, ſpes, caritas, tria hæc: major autem horum eſt caritas. *Ibid. v.* 13.

Sectamini caritatem, æmulamini ſpiritalia. *Ibid.* 14. 1.

Omnia (*opera*) veſtra in caritate fiant. *Ibid.* 16. 14.

Fructus autem Spiritus eſt caritas, &c. *Galat.* 5. 22.

Alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Ibid.* 6. 2.

Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi

instruite



inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Galat.* 6. *v.* 1.

Suſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. 1. *Theſſ.* 5. 14.

In caritate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas, & profundum, &c. *Eph.* 3. 17.

Veritatem autem facientes in caritate creſcamus in illo per omnia. *Ibid.* 4. 15.

Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. *Ibid.* 5. 2.

Et hoc oro, ut caritas veſtra magis ac magis abundet. *Phil.* 1. 9.

Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. *Coloſ.* 3. 14.

Finis autem præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. 5.

Conſideremus invicem in provocationem caritatis, & bonorum operum. *Heb.* 10. 24.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. *Heb.* 13. 1.

Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum. 1. *Pet.* 4. 8.

Deus caritas eſt: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Joan.* 4. 16.

In hoc apparuit caritas Dei in nobis, *quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere. Ibid. v. 9. Vide totum Caput, &* 1. Joan. 3. 16.

Diligamus nos invicem, quia caritas ex Deo eſt. *Ibid. v.* 7.

Timor non eſt in caritate: ſed perfecta caritas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. *Ibid.* 18.

Hæc eſt enim caritas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus. *Ibid.* 5. 3.

Et hæc eſt caritas, ut ambulemus ſecundum mandata ejus. 2. *Joan. v.* 6.

## TITULUS XX.

*Caritas eſt virtus fide præſtantior.*

ODium ſuſcitat rixas: & univerſa delicta operit caritas. *Prov.* 10. 12.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Hoc eſt maximum & primum mandatum. *Matth.* 22. 37. Cap. *excluduntur a nuptiis non habentes oleum caritatis.* Ibid. 25.

Diligere proximum tamquam ſeipſum, majus eſt omnibus holocautomatibus, & ſacrificiis *Marc.* 12. 33.

Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, &c. 1. *Cor.* 13. 1. Nunc autem manent fides, ſpes, caritas, tria hæc: major autem horum eſt caritas. Ibid. 13.

Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. *Coloſſ.* 3. 14.

Finis autem præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. 5.

Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. 1. *Pet.* 4. 8.

Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Joan.* 4. 16.

## TITULUS XXI.

*Caritas fraterna. Vide & Dilectio proximi.*

DIxit ergo Abraham ad Loth: Ne quæſo ſit jurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, & tuos: fratres enim ſumus. *Gen.* 13. 8.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo. *Levit.* 19. 17. *Vide &* 1. Joan. 2. 11. c. 3. 15.

Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo. *Deut.* 22. 1.

In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene ſibi conſentientes, *Eccli.* 25. 1. 1. Reg. 18. 1.

Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. *Pſal.* 132. 1.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? *Matth.* 7. 3.

Honora patrem tuum & matrem tuam; & diliges proximum tuum ſicut te ipſum. *Ibid.* 19. 19.

Si ergo ego lavi pedes veſtros, Dominus & magiſter: & vos debetis alter alterius lavare pedes. *Joan.* 13. 14. Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & diligatis invicem. Ibid. 34.

Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. *Ibid.* 15. 12. 1. Joan. 3. 23.

Caritate fraternitatis invicem diligentes. *Rom.* 12. 10.

*Oſtendit Paulus caritatis neceſſitatem, ipſius officia, perpetuitatem, & præcellentiam ſupra fidem & ſpem, reliquaque Dei dona.* 1. *Cor.* 13.

Omnis enim lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. *Gal.* 5. 14.

Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eamdem caritatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes. *Philip.* 2. 2.

Supportantes invicem, & donantes vobismetipſis, ſi quis adverſus aliquem habeat querelam, ſicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. *Coloſſ.* 3. 13.

De caritate autem fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis. Ipſi enim vos a Deo didiciſtis, ut diligatis invicem. 1. *Theſſ.* 4. 9.

Caritas fraternitatis maneat in vobis. *Heb.* 13. 1. Prov. 10. 12.

Ante omnia autem mutuam in vobismetipſis caritatem continuam habentes. 1. *Pet.* 4. 8.

Cariſſimi, diligamus nos invicem; quia caritas ex Deo. Et omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. 1. *Joan.* 4. 7.

## T I T U L U S XXII.

*Choreas ducere.*

SUrgenteſque mane (*Iſaelitæ*) obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere. *Exod.* 32. 6. Cumque appropinquaſſet (*Moyſes*) ad caſtra, vidit vitulum & choros; iratuſque valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. *Vide in ſequentibus terribilem pœnam quam ſibi per choreas iſtas attulerint.* Ibid. 19. *Vide &* Judic. 11. 21.

Revertente autem Jephte in Maſpha domum ſuam, occurrit ei unigenita filia ſua, cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos: *& male ipſi ſucceſſit res. Judic.* 11. 34.

*Filii Beniamin rapiunt virgines, ducentes choreas in ſollemnitate Domini. Ibid.* 21. 21.

Cumque tranſcendiſſent, qui portabant arcam Domini ſex paſſus, immolabat bovem, & arietem: & David ſaltabat totis viribus ante Dominum: porro David erat accinctus Ephod lineo. 2. *Reg.* 6. 13.

*Sara uxor Tobiæ junioris ajebat:* Numquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui. *Tob.* 3. 17.

Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis – ne forte pereas. *Eccli.* 9. 4.

Pro eo quod plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gaviſa es ex toto affectu – idcirco ecce ego extendam manum meam ſuper te, &c. *Ezech.* 25. 6.

*Saltus filiæ Herodis caput & vitam abſtulit Joanni Baptiſtæ. Matth.* 14. 6.

## T I T U L U S XXIII.

*Chriſtus Jeſus. Vide & David.*
*Promittitur verus Deus & verus homo.*

INimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, & ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. *Gen.* 3. 15.

Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi (*Abraham*) atque in te benedicentur univerſæ cognationes terræ. *Ibid.* 12. 3.

Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen ejus Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini ejus poſt eum. *Ibid.* 17. 19. Pactum vero meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. Ibid. 21.

Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ: *Ibid.* 22. 18. cap. 26. 4. *idem habetur* c. 28. 4.

Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de fœmore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. *Ibid.* 49. 10.

Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non prope. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth &c. *Num.* 24. 17.

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui: & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. *Deut.* 18. 18.

Dominum formidabunt adverſarii ejus: & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus judicabit fines terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. 1. *Reg.* 2. 10. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem &c. Ibid. 35.

Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni ejus uſque in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. 2. *Reg.* 7. 13.



Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſum Chriſtum ejus. *Pſal.* 2. 2. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, &c. Ibid. 7. *per totum; item totus* Pſal. 21.

Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Pſal.* 109. 1.

Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel: butyrum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. *Iſa.* 8. 14. Cap. 40. 9. cap. 46. 13.

Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. *Ibid.* 9. 6.

Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, &c. *Ibid.* 11. 1. In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum ejus glorioſum. Ibid. 10.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum, qui crediderit, non feſtinet. *Ibid.* 28. 16. Dan. 7. 13. Cap. 9. 24.

Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet. *Iſa.* 42. 1. Cap. 45. 8.

Et dixit (*Deus*): Parum eſt, ut ſis mihi ſervus, ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas. Ecce dedi te in luce gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. *Ibid.* 49. 6. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol, quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Ibid. v. 10. Cap. 50. 5. 52. 10.

*Prophetatur de Chriſti nativitate & ignominioſa paſſione ac morte ipſius, propter peccata noſtra, contemptu habitus eſt, qui ſalutem nobis peperit &c. Ibid.* 53.

*Chriſti Salvatoris officium, & humani generis reparationem pulcre explicat, prædicatione quoque miniſtrorum Chriſti, gentes ad fidem convertendas, &c. Ibid.* 61.

Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce, ſalvator tuus venit: ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. *Ibid.* 62. 11.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo David germen juſtum: & regnabit Rex, & ſapiens erit: & faciet judicium & juſtitiam in terra. *Jerem.* 23. 5. Cap. 30. 9. *Idem verbatim habetur* Cap. 33. 15.

Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. *Ezech.* 34. 23. 11. 15. Cap. 37. 24.

Nunc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutient maxillam judicis Iſrael. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. *Mich.* 5. 1. *Vide* Matth. 2. 6. Joan. 7. 42.

Et veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. *Agg.* 2. 8. Malach. 3. 1.

Lauda & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. *Zach.* 2. 10.

Audi Jeſu ſacerdos magne, tu & amici mei, qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt: ecce enim ego adducam ſervum meum orientem, &c. *Ibid.* 3. 8.

Exulta ſatis filia Sion, jubila filia Jeruſalem: ecce Rex tuus veniet tibi juſtus, & Salvator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, &c. *Ibid.* 9. 9. *Vide* Iſajæ 62. 11. Matth. 21. 5. Joan. 1. 18. Joan. 3. 16.

*Chriſtus ſecundum promiſſum Dei patris, primum in tempore propter nos verus homo factus, & nobiſcum converſatus eſt.*

ET verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. *Joan.* 1. 14.

*Deus in carne manifeſtatus eſt.*

ET manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. 1. *Tim.* 3. 16.

In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis ſpiritus, qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt, &c. 1. *Joan.* 4. 2.

*Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.*

NAm quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in

carnem, ut juſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. *Rom.* 8. 3.

*Chriſtus eſt verus Dei filius.*

ET ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Matth.* 3. 17. *Idem habetur* Marc. 1. 11. *Item* cap. 5. 7. Luc. 3. 22. 2. Pet. 1. 17. Luc. 17. 5. Matt. 17. 5.

Qui autem in Navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: Vere filius Dei es. *Ibid.* 14. 33. Marc. 5. 7.

Videns autem Jeſum a longe (*qui dæmonio vexabatur*) cucurrit, & adoravit eum: & clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Jeſu fili Dei altiſſimi: adjuro te per Deum, ne me torqueas. *Marc.* 5. 6. Joan. 1. 34. 49. Cap. 6. 69. Cap. 9. 35. Matth. 8. 29.

Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Vere hic homo filius Dei erat. *Ibid.* 15. 39. Heb. 1. 2. Cap. 5. 8. Cap. 6. 6. Cap. 7. 3.

Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. *Luc.* 1. 30. Rom. 1. 4. Heb. cap. 10. v. 20.

Ait illi (*Martha*) Utique Domine ergo credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. Cap. 7. 41.

Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. *Rom.* 8. 3.

Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli. 1. *Joan.* 3. 8.

In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. *Ibid.* 4. 9. Cap. 5. 20.

*Chriſtus conceptus de Spiritu Sancto.*

ECce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. *Matth.* 1. 20.

Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. *Luc.* 1. 35.

*Chriſtus natus ex Maria Virgine.*

ECce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Iſa.* 7. 14.

Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum: & vocavit nomen ejus Jeſum. *Matth.* 1. 25.

Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. *Luc.* 1. 30.

Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, ut pareret. Et peperit Filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit. *Luc.* 2. 6. Ecce enim (*ait Angelus Domini*) evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. Ibid. 10. Galat. 4. 4.

*Natus in Bethlehem.*

ET tu Bethlehem Ephrata parvula es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui ſit Dominator in Iſrael. *Mich.* 5. 2.

Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam. *Matth.* 2. 1. Luc. 2. 6. 11.

Nonne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine David & de Bethlehem caſtello, ubi erat David, venit Chriſtus? *Joan.* 7. 42.

*Chriſtus eſt ſine peccato.*

ET cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro transgreſſoribus rogavit. *Iſa.* 53. 12. *Vide totum caput.* Joan. 8. 46. Hebr. 4. 15. Cap. 7. 26.

Eum (*Chriſtum*) qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo. 2. *Cor.* 5. 21.

Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. 1. *Pet.* 2. 22.

Et ſcitis, quia ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret: & peccatum in eo non eſt. 1. *Joan.* 3. 5.

*Circumciditur.*

ET poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. *Luc.* 2. 21.

*Baptizatur in Jordane.*

BAptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli; & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. *Matth.* 3. 16.





Et factum eſt: in diebus illis, venit Jeſus a Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt a Joanne in Jordane, &c. *Marc.* 1. 9. Luc. 3. 21.

*Chriſtus manifeſtatur & demonſtratur certis teſtimoniis.*

LIber generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham. *Matth.* 1. 1. Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus qui vocatur Chriſtus. Ibid. 16. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Ibid. 23.

Ego quidem (*ait Joannes*) baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. *Ibid.* 3. 11.

Et ecce clamaverunt (*duo dæmonia habentes*) dicentes: Quid nobis & tibi Jeſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? *Ibid.* 8. 29.

Et reſpondens Jeſus, ait illis (*diſcipulis ſuis*): Euntes renuntiate Joanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur, &c. *Ibid.* 11. 4.

Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei vivi. *Ibid.* 16. 16.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. *Ibid.* 17. 5.

Dicit illi (*principi ſacerdotum*) Jeſus: Tu dixiſti: verumtamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. *Ibid.* 26. 64.

Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civitatem, & apparuerunt multis. *Ibid.* 27. 53.

Vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. *Marc.* 6. 7.

Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Vere hic homo filius Dei erat. *Ibid.* 15. 39.

Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, &c. *Luc.* 2. 10. Cap. 22. 68.

Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus, altera: & veſtitus ejus albus & refulgens. *Ibid.* 9. 29.

Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. *Joan.* 1. 14. Altera die vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe: & ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi. Ibid. 29. Et teſtimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum. Ibid. 32. Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Ibid. c. 49. 2. 11. cap. 3. 2.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. *Ibid.* 5. 39.

Et nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. *Ibid.* 6. 70. Cap. 7. 40. Cap. 9. 35. Cap. 10. 7.

Ait illi (*Martha*): Utique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Ibid.* 11. 17. Tulerunt ergo lapidem (*Martha & ſoror ejus*): Jeſus autem elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me. Ibid. 41. Rom. 1. 2.

Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & ſuſcitavit eum a mortuis. *Ibid.* 12. 17. Cap. 14.

Sed, ut adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt (Pſal. 24. 19.): Quia odio habuerunt me gratis. *Ibid.* 15. 25. Cap. 17. 1. Cap. 20. 28.

Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. *Rom.* 8. 3. Cap. 9. 5. 2. Cor. 5. 9.

At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret, &c. *Galat.* 4. 4. Coloſſ. 2. 9. Hebr. 1. Cap. 5.

Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. *Philip.* 2. 5. Timoth. 3. 13.

Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus. *Tit.* 2. 11.

Et ſcimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus & vita æterna. 1. *Joan.* 5. 20.

*Chriſtus eſt agnus Dei.*

OBlatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi Agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. *Iſa.* 53. 7. Act. 8. 31.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. *Joan.* 1. 29.

Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. 1. *Cor.* 5. 7. Apoc. 5. 6. Cap. 7. 9. Cap. 14. 1.

Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. *Apoc.* 5. 12. Cap. 13. 8.

Quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum. *Ibid.* 7. 17.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: Quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regum, & qui cum illo ſunt, vocati, electi, & fideles. *Ibid.* 17. 14.

*Chriſtus eſt Dominus dominantium & Rex regum.*

ET ſervus meus David rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum; in judiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea. *Ezech.* 37. 24. Et David ſervus meus princeps eorum in perpetuum. Ibid. 25. Apoc. 1. 5.

Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus. *Pſal.* 2. 6. Coloſ. 2. 10.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. *Pſalm.* 23. 7.

Quem ſuis temporibus oſtendet, beatus, & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantium: qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitans inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum. Amen. 1. *Tim.* 6. 15.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regum, & qui cum illo ſunt, vocati, electi, & fideles. *Apoc.* 17. 14.

Et habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. *Ibid.* 19. 16.

*Chriſtus eſt imago Dei.*

CAndor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius. *Sap.* 9. 26.

Quod ſi etiam opertum eſt evangelium noſtrum; in his, qui pereunt eſt opertum: in quibus Deus hujus ſæculi excœcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. 2. *Cor.* 4. 3. Heb. 1. 3.

*Chriſtus eſt lux gentium & totius mundi.*

DOmus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini. *Iſa.* 1. 5.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. *Ibid.* 9. 2.

Ego Dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſervavi te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium. *Ibid.* 42. 6.

Ecce dedi te in luce gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. *Ibid.* 49. 6. *Id. eperitur.* Act. 13. 47.

Surge, illuminare Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. *Ibid.* 60. 1. Non erit ibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. Ibid. 19.

Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. *Matth.* 4. 16.

Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. *Luc.* 2. 32. Joan. 3. 19. 1. Joan. 1. 5.

In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum. *Joan.* 1. 4.

Iterum ergo locutus eſt eis Jeſus, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. *Ibid.* 8. 12. Cap. 12. 35.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. *Ibid.* 9. 5.

Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. *Ibid.* 12. 46.

Et civitas (*Jeruſalem celeſtis*) non eget ſole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus eſt Agnus. *Apoc.* 22. 23.

*Chriſtus eſt verus paſtor.*

SIc paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, fœtas ipſe portabit. *Iſa.* 40. 11.

Et ſervus meus David rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum, &c. *Ezech.* 37. 24.

Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & convertentur, quia nunc magnificabitur uſque ad terminos terræ. *Mich.* 5. 4.

Percute



Percute paſtorem, & diſpergentur oves: & convertam manum meam ad parvulos. *Zach.* 13. 7. *Idem referitur* Marc. 14. 27.

Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. *Joan.* 10. 11.

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. *Heb.* 13. 20.

Eratis enim ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis ad paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum. 1. *Pet.* 2. 25.

Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. *Ibid.* 5. 4.

*Chriſtus docuit & prædicavit.*

EXinde cœpit Jeſus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum. *Matth.* 4. 17. Ibid. 5. 6. 7. cap. 4. 23.

Poſtquam autem traditus eſt Joannes, venit Jeſus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei. *Marc.* 1. 14. Luc. 4. 5.

*Curavit omnem infirmitatem.*

ET circuibat Jeſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. *Matth.* 4. 23. Cap. 8. Luc. 17. 12.

Ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Ibid.* 9. 2. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & *curata eſt*. Ibid. 20. Cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit eis Jeſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: Utique Domine. Ibidem 28. Marc. 8. 23.

*Chriſtus eſt transfiguratus.*

ET transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies ejus ſicut ſol; veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix. *Matth.* 17. 2.

Et poſt dies ſex, aſſumpſit Jeſus Petrum & Jacobum & Joannem: & duxit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. *Marc.* 9. 1.

Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus altera: & veſtitus ejus albus & refulgens. *Luc.* 9. 29.

*Chriſtus per proditorem traditus, quare Judas.*

*Chriſtus paſſus eſt.*

DEus, Deus meus, quare me dereliquiſti: longe a ſalute mea verba delictorum meorum, &c. *per totum.* *Pſal.* 21. 1.

Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum a Deo, & humiliatum. *Iſa.* 53. 4. *Vide totum caput.*

Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus, cum duce venturo: & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. *Daniel.* 9. 26.

Exinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Jeroſolymam, & multa pati a ſenioribus & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. *Matth.* 16. 21. *Idem* Marc. 8. 31. 9. 30.

Dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognoverunt eum, ſed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. *Ibid.* 17. 12. Converſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jeſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget. Ibid. 21.

Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte, &c. *Ibid.* 20. 18. Ibid. 26. 37. 66. Ibid. 27. *idem* Luc. 18. 31.

Primum autem oportet illum ibi multa pati, & reprobari a generatione hac. *Luc.* 17. 25. Joan. 18. 28. Ibid. 19. Luc. 9. 22.

Deus autem, quæ prænuntiavit per os omnium Prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic implevit. *Act.* 3. 18.

Locus autem ſcripturæ, quam legebat, erat hic: ( Iſa. 53. 7. ) Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt; & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. *Ibid.* 8. 32. Ibid. Cap. 17. 3.

Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? *Rom.* 8. 31.

In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. 1. *Pet.* 2. 21.

Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit a peccatis. *Ibid.* 4. 1. Heb. 2. 18.

Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. *Heb.* 13. 12.

Chri-

*Chriſtus eſt crucifixus.*

POſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes: ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam ( Pſal. 21. 19. ) dicentem: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. *Matth.* 27. 35. Idem Marc. 15. 24. *repetitur, item* Joan. 19. 18. Act. 2. 23.

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. *Luc.* 23. 32.

Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt, notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazaræni, quem crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit a mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus, &c. *Act.* 4. 9.

Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum & hunc crucifixum. 1. *Cor.* 32. 2. 2. Cor. 13. 4.

*Chriſti paſſio prædicta & præfigurata eſt.*

TOlle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtravero tibi. *Gen.* 22. 2.

Oravitque Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. *Num.* 21. 7.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea. *Pſal.* 21. 18.

Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. *Iſa.* 53. 7.

Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt, &c. *Dan.* 9. 26.

Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis, quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? *Matth.* 20. 22.

Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Joan.* 3. 14. Ibid. 12. 32.

Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & a me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor. *Ibid.* 8. 28.

*Chriſtus mortuus eſt & ſepultus propter peccata noſtra.*

CEteri vero dicebant: Sine videamus, an veniat Elias liberans eum. Jeſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum. *Matth.* 27. 49. Hic ( *Joſeph ab Arimathæa* ) acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu. Tunc Pilatus juſſit reddi corpus: & accepto corpore, Joſeph involvit illud in Syndone munda: & poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra. Ibid. 58.

Jeſus autem emiſſa voce magna expiravit. *Marc.* 15. 37. Ibid. v. 42. *idem recitatur. Item* Luc. 23. 46. 50. *Item* Joan. 19. 30. 40. Rom. 5. 6.

Cumque conſummaſſent omnia, quæ de eo ſcripta erant, deponentes eum de ligno, poſuerunt eum in monumento. *Actor.* 13. 29.

Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem vivit, vivit Deo. *Rom.* 8. 10. Ibid. 8. 34.

In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: ut & mortuorum & vivorum dominetur. *Ibid.* 14. 9.

Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum Scripturas — & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas. 1. *Cor.* 15. 3. 2. Cor. 5. 15. 1. Theſſ. 5. 10.

*Ut prædixerat futurum.*

EXinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati a ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. *Matth.* 16. 21.

Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis, quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? *Ibid.* 20. 22.

*Deſcendit ad inferos: Vide limbus patrum.*

*Chriſtus tertia die reſurrexit a mortuis.*

QUoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Pſal.* 15. 10.

Non eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit: Venite & videte locum, ubi poſitus erat Dominus. *Matth.* 28. 6. Ibid. *Idem habetur* Marc. 16. 6. Item Luc. 24. 5.

Nondum enim ſciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis reſurgere, &c. *Joan.* 20. 9.

Quem Deus ſuſcitavit, ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo.



ab eo. *Actor.* 2. 24. Providens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia — neque caro ejus vidit corruptionem. Ibid. 31. Rom. 4. 25.

Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri. *Ibid.* 10. 40. *Idem habetur* Cap. 13. 30. Cap. 17. 31.

Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Jeſus qui mortuus eſt: immo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, &c. *Rom.* 8. 34.

In hoc autem Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: ut & mortuorum & vivorum dominetur. *Ibid.* 14. 9.

Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, &c. 1. *Cor.* 15. 3.

Memor eſto, Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine David, ſecundum Evangelium meum, in quo laboro uſque ad vincula, quaſi male non operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum. 2. *Tim.* 2. 8.

*Idque prædictum & præfiguratum eſt.*

QUoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Pſal.* 15. 10.

Et præparavit Dominus piſcem grandem, ut deglutiret Jonam: & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. *Jona* 2. 1. *Idem repetitur* Matth. 12. 40. *Item* Lucæ 1. 30.

Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. *Matth.* 12. 40.

Et cœpit ( *Jeſus* ) docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari a ſenioribus & a ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. *Marc.* 8. 31. *Idem habetur* Matth. 16. 21.

Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. *Ibid.* 9. 30. Ibid. 10. 34.

Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Joan.* 2. 19. *Vide & alia loca quamplurima.*

*Chriſtus aſcendit in cælum.*

ET Dominus quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris Dei. *Marc.* 16. 19.

Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum. *Luc.* 24. 51.

Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis, qui eſt in cælo. *Joan.* 3. 13.

Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem, ubi erat prius. *Ibid.* 6. 63. 1. Petr. 3. 12.

Et cum hæc dixiſſet, videntibus illis elevatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. *Act.* 1. 9. Epheſ. 1. 20.

Propter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. *Epheſ.* 4. 8. Idem Pſal. 67. 19.

Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos Jeſum filium Dei: teneamus confeſſionem. ( *ſcilicet ſpei noſtræ* ). *Hebr.* 4. 14.

*Chriſtus eſt Deus & Dei filius ab æterno.*

DOminus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret a principio. *Prov.* 8. 22.

Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te enim egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis. *Michææ* 5. 2.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. *Joan.* 1. 1.

Dixit eis Jeſus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. *Ibid.* 8. 58.

Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquam mundus eſſet apud te. *Ibid.* 17. 5. v. 24.

Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. *Coloſſ.* 1. 16. Heb. 1. 2.

*Chriſtus mediator, reconciliator, & advocatus.*

NEmo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. *Joan.* 6. 44. Ibid. v. 65.

Dixit ergo eis iterum Jeſus: Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ovium. *Ibid.* 10. 7.

Dicit ei Jeſus: Ego ſum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, niſi per me. *Ibid.* 14. 6.

Non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *Actor.* 4. 12.

Juſti-

Juſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum. *Rom.* 3. 24. Ibid. 5. 2. Coloſ. 1. 1. 9.

Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Jeſus, qui mortuus eſt; immo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Ibid.* 8. 34.

Mediator autem unius non eſt: Deus autem unus eſt. *Gal.* 3. 20. Epheſ. 2. 14. 17.

Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, *cujus* teſtimonium temporibus ſuis *confirmatum eſt*. 1. *Tim.* 2. 5. Hebr. 7. 24. Cap. 8. 6. Cap. 9. 15. Cap. 12. 24.

Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. 1. *Joan.* 2. 1. Cap. 4. 10.

*Chriſtus ſedet ad dexteram Dei Patris.*

DIxit Dominus Domino meo: ſede a dextris meis, donec ponam, &c. *Pſal.* 109. 1. *Idem repetitur* Matth. 22. 44. Hebr. 1. 13.

Et Dominus quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris Dei. *Marc.* 16. 19.

Ex hoc autem erit Filius hominis ſedens a dextris virtutis Dei. *Luc.* 22. 69. Hebr. 10. 12. Cap. 12. 2.

Et ait ( *Stephanus* ): Ecce video cælos apertos, & Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei. *Actor.* 7. 55. Epheſ. 1. 20.

Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Jeſus, qui mortuus eſt: immo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Rom.* 8. 34.

Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. *Coloſſ.* 3. 1. 1. Pet. 3. 22.

*Chriſtus venturus eſt judicare vivos & mortuos.*

TUnc exultabunt omnia ligna ſylvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. *Pſal.* 95. 12.

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Matth.* 16. 27. Ibid. 25. 21.

Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & majeſtate. *Ibid.* 24. 30.

Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea quæ ſub cælo ſunt, fulget; ita erit Filius hominis in die ſua. *Luc.* 17. 24. v. 30. 2. Theſſ. 1. 7.

Et erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis, & in terris preſſura Gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore & exſpectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi. *Ibid.* 21. 25.

Neque enim Pater judicat quemquam: ſed omne judicium dedit Filio. *Joan.* 5. 22. Rom. 2. 16.

Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Jeſus, qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. *Actor.* 1. 11.

Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo judex vivorum & mortuorum. *Ibid.* 10. 42. Cap. 7. 31.

Teſtificor coram Deo & Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, per adventum ipſius & regnum ejus. 2. Tim. 4. 1. Hebr. 9. 28. Judæ v. 14.

Qui ( *blaſphemantes* ) reddent rationem ei, qui paratus eſt judicare vivos & mortuos. 1. *Petr.* 4. 5.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. *Apoc.* 1. 7. *Ibid.* 20. 11.

*Chriſto omnia tradita ſunt a Patre, & ſubjecta.*

OMnia mihi tradita ſunt a Patre meo. Et nemo novit Filium niſi Pater: neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. *Matth.* 11. 27. *Idem* Luc. 10. 22.

Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. *Ibid.* 28. 18.

Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. *Joan.* 3. 35.

Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. *Ibid.* 17. 2.

Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam. *Epheſ.* 1. 22. Pſal. 8. 8.

*Per Chriſtum cuncta ſunt facta.*

VErbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum. *Pſal.* 32. 6.

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. *Joan.* 1. 3. Epheſ. 3. 9.

Per



Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis, & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. *Coloſſ.* 1. 16. Hebr. 1. 2.

*Chriſtus manet in æternum.*

JUravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. *Pſal.* 109. 4.

Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, amodo & uſque in ſempiternum. *Iſa.* 9. 7.

Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient: Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur. *Dan.* 7. 14.

Reſpondit ei turba: Nos audivimus ex lege ( Pſal. 109. v. 4. ) quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis eſt iſte Filius hominis? *Joan.* 12. 34.

*Chriſtus eſt leo.*

ET unus de ſenioribus dixit mihi; Ne fleveris: Ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. *Apoc.* 5. 5.

*Chriſtus eſt ſtella matutina.*

ET habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Petr.* 1. 19.

Ego Jeſu miſi Angelum meum, teſtificari vobis hæc in Eccleſiis. Ego ſum radix, & genus David, ſtella ſplendida & matutina. *Apoc.* 12. 16.

*Chriſtus eſt unum cum Patre.*

EGo & Pater unum ſumus. *Joan.* 10. 30.

Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis a meipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera. *Ibid.* 14. 10. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Ibid. 20.

Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint: ut credat mundus, quia tu me miſiſti. *Ibid.* 17. 21.

*Dicentibus hic eſt Chriſtus, aut ibi, non eſt credendum.*

TUnc ſi quis vobis dixerit Ecce: hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ, &c. *Matth.* 24. 23. *Idem* Marc. 13. 21. *ad verbum habetur.*

Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic, Nolite ire, neque ſectemini. Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea, quæ ſub cælo ſunt, fulget: ita erit Filius hominis in die ſua. *Luc.* 17. 23.

*Chriſtus novit omnia.*

NUnc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, ut quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo exiſti. *Joan.* 16. 30.

Dicit ei tertio: Simon Joannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. *Ibid.* 22. 17. Apoc. 2. 23.

*Chriſtus ſibi reputat fieri quod Chriſtianis fit.*

O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis: quia hæc dicit Dominus exercituum: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Zach.* 2. 27.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. *Prov.* 14. 31.

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori ejus: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *Ibid.* 17. 5.

Quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Matth.* 10. 42. *Idem* Cap. 18. 5.

Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. *Ibid.* 25. 35.

Qui enim non eſt adverſum vos, pro vobis eſt. *Marc.* 9. 39.

Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. *Luc.* 10. 16.

Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis. 1. *Theſſ.* 4. 8.

TITU-

## TITULUS XXIV.

### *Chriſtiani.*

*Chriſtiani appellantur fideles.*

QUem cum ( *ſc. Barnabas Saulum* ) inveniſſet, perduxit Antiochiam. Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani. *Actor.* 11. 25.

Agrippa autem ad Paulum: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus: Opto apud Deum & in modico & in magno non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales qualis & ego ſum, exceptis vinculis his. *Ibid.* 26. 28.

Si quis confidit ſibi, Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe: quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos. 1. *Cor.* 10. 7.

*Chriſtiani dicuntur ſancti, quia ſanctitatem profitentur.*

ET cum vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignavit eam vivam. *Actor.* 9. 41.

Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis ( *ſcilicet gratia & pax* ). *Rom.* 1. 7.

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes. *Ibid.* 12. 13.

Nunc igitur proficiſcar in Jeruſalem miniſtrare ſanctis. *Ibid.* 15. 25.

Salutate Philologum, & Juliam, Nereum & ſororem ejus, & Olympiadem, & omnes, qui cum eis ſunt, ſanctos. *Ibid.* 16. 15.

Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Jeſu, vocatis ſanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. 1. *Cor.* 1. 2.

Audet aliquis veſtrum, habens negotium adverſus alterum, judicari apud iniquos, & non apud ſanctos? *Ibid.* 6. 1.

Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis ſanctorum doceo. *Ibid.* 14. 33.

Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis, qui ſunt in univerſa Achaja. 2. *Cor.* 1. 1.

Nam de miniſterio, quod fit in ſanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. *Ibid.* 9. 1.

Salutate invicem in oſculo ſancto: Salutant vos omnes ſancti. *Ibid.* 13. 12.

Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, omnibus ſanctis, qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Jeſu. *Epheſ.* 1. 1.

Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Domino Jeſu, & dilectionem in omnes ſanctos. *Ibid.* v. 15.

Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, &c. *Ibid.* 3. 8. Ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas, & profundum. Ibidem 18.

Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. *Ibid.* 4. 11.

Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione, pro omnibus ſanctis. *Ibid.* 6. 18.

Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis, in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, &c. *Philip.* 1. 1.

Salutate omnem ſanctum in Chriſto Jeſu. *Ibid.* 4. 21.

Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, iis qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Jeſu. *Coloſſ.* 1. 1.

Adjuro vos per Dominum, ut legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. 1. *Theſſ.* 5. 27.

Non enim injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis. *Hebr.* 6. 10.

Salutate omnes præpoſitos veſtros & omnes ſanctos. *Ibid.* 13. 24.

*Chriſtiani falſi.*

NOn aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. *Exod.* 20. 7.

Nec pollues nomen Dei tui. *Levit.* 19. 12.

Nec polluatis nomen meum ſanctum. *Ibid.* 22. 32.

Tantummodo invocetur nomen tuum ſuper nos, auſer opprobrium noſtrum. *Iſa.* 4. 1.

Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. *Matth.* 10. 33.

Domine, nonne bonum ſemen ( *fidei* ) ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania ( *perverſorum operum & hereſum?* ) *Ibid.* 13. 27.

Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. *Tit.* 1. 16.

Tu credis quoniam unus eſt Deus: Bene facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. ( *in hoc te minus mali ſunt, quia tu non times, & illi contremiſcunt.* ) *Jacob.* 2. 19.

Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem, abſti-

nen-



nentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. 1. *Petr.* 1. 5.

Et in hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum ( *per fidem* ) ſi mandata ejus obſervemus. Qui dicit ſe noſſe eum ( *Deum* ) & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt. 1. *Joan.* 2. 3.

*Chriſtianis vivendum eſt, ut vixit Chriſtus.*

EGo enim per legem, legi mortuus ſum, ut Deo vivam: Chriſto confixus ſum cruci. *Gal.* 2. 19.

Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus ad invicem, & ſanguis Jeſu Chriſti filii ejus emundat nos ab omni peccato. 1. *Joan.* 1. 7.

Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. *Ibid.* 2. 6.

Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. *Ibid.* 3. 3.

*Chriſtiani erunt in Chriſto.*

SI quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. *Joan.* 12. 26.

Quia vado parare vobis locum: & ſi abiero, & præparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, ut ubi ſum ego, & vos ſitis. *Ibid.* 14. 2.

Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum: ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. *Ibid.* 17. 24.

## TITULUS XXV.

### *Cibus qui Judæis inhibitus.*

SI bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes ejus, dominus quoque bovis innocens erit. *Exod.* 21. 28.

Viri ſancti eritis mihi: carnem quæ a beſtiis fuerit prægustata, non comedetis: ſed projicietis canibus. *Ibid.* 22. 31.

Jure perpetuo in generationibus & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem, nec adipem omnino comedetis. *Levit.* 3. 17.

Loquere filiis Iſrael: Adipem ovis, & bovis, & capræ, non comedetis. *Ibid.* 7. 23.

Quidquid autem ruminat quidem, & habet ungulam, ſed non dividit eam, ſic ut camelus, & cetera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. *Ibid.* 11. 4.

Homo quilibet de domo Iſrael, & de advenis, qui peregrinantur inter eos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo. *Ibid.* 17. 10. & v. 13.

Non comedetis cum ſanguine. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia. *Ibid.* 19. 26. Deut. 12. 16.

Hoc ſolum cave, ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt; & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: ſed ſuper terram fundes quaſi aquam. *Deut.* 12. 23.

Quæ abſque pinnulis & ſquamis ſunt, ne comedatis, quia immunda ſunt. *Ibid.* 14. 10.

*Ciborum & potus in conviviis luxus. Vide etiam ebrietas & gula, & præcipue Convivia.*

CIthara & lyra & tympanum & tibia, & vinum in conviviis veſtris; & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum ejus conſideratis. *Iſa.* 5. 12.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Ezech.* 16. 49.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. *Luc.* 1. 24.

Attendite autem vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ: & ſuperveniat in vos repentina dies illa. *Ibid.* 16. 19.

Sicut in die honeſte ambulemus; non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione & æmulatione. *Rom.* 13. 13.

Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium conſummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, commeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. 2. *Petr.* 4. 3.

*Cibare eſurientes, ſeu fame laborantes.*

AMmonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſſi eſtis de Ægypto, &c. *Deut.* 23. 3.

Dixitque ad viros Soccoth: Date obſecro panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt, &c. *Judic.* 8. 5.

Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris. Et reſpondens ſacerdos ( *Achimelech* ) ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus? &c. 1. *Reg.* 21. 3.

Frange

Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: dum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Iſa.* 58. 7.

Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi bibere, &c. *Matth.* 25. 35.

*Cibus ſumendus cum gratiarum actione. Vide Gratia.*

*Cibi delectus habendus. Vide Abſtinentia.*

*Cilicium. Vide Aſperitas veſtium.*

## TITULUS XXVI.

*Circumciſio carnalis & ſpiritualis.*

ET circumcidit (*Abraham*) eum (*Iſaac*) octavo die, ſicut præceperat ei Deus. *Gen. cap.* 21. *v.* 4.

Tulit illico Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filii ſui, &c. *Exod.* 4. 25.

Omnis autem ſervus emptitius circumcidetur, & ſic comedet. *Ibid.* 12. 44.

Et die octavo circumcidetur infantulus. *Levit.* 12. 3.

Circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & cervicem veſtram, ne induretis amplius. *Deut.* 10. 16.

Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut vivere poſſis. *Ibid.* 30. 6.

Fac tibi cultros lapideos, & circumcide ſecundo filios Iſrael. *Joſue.* 5. 2.

Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputii ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, &c. *Judith.* 14. 6.

Hæc dicit Dominus Deus: Omnis alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non ingredietur ſanctuarium meum: omnis filius alienus, qui eſt in medio filiorum Iſrael. *Ezech.* 44. 9.

Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum, viri Juda, & habitatores Jeruſalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationum veſtrarum. *Jerem.* 4. 4.

Cui loquar? & quem conteſtabor, ut audiat? Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud. *Ibid.* 6. 10.

Ecce dies veniunt, Dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnem, qui circumciſum habet præputium. *Ibid.* 9. 25.

Et factum eſt in die octavo, venerunt circumcidere puerum (*Joannem*), & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. *Luc.* 1. 59.

Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur. *Ibid.* 2. 21.

Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbato circumciditis hominem. *Joan.* 7. 22.

Et dedit illi teſtamentum circumciſionis: & ſic genuit Iſaac, & circumcidit eum die octavo. *Actor.* 7. 8.

Niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalvari. *Ibid.* 15. 1.

Hunc (*Timotheum*) voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens, circumcidit eum, propter Judæos, qui erant in illis locis. *Ibid.* 16. 3.

Sed qui in abſcondito Judæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. *Rom.* 2. 29.

Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſervatio mandatorum Dei. 1. *Cor.* 7. 19. Gal. 6. 12.

Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu ſervimus Deo, & gloriamur in Chriſto Jeſu, & non in carne fiduciam habentes, &c. *Philip.* 3. 3.

In quo & circumciſi eſtis, circumciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Jeſu Chriſti: conſepulti ei in baptiſmo. *Coloſ.* 2. 11.

## TITULUS XXVII.

*Civitas ſuperna.*

EXſpectabat enim fundamenta habentem civitatem (*Abraham*) cujus artifex & conditor Deus. *Hebr.* 11. 10.

Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jeruſalem cæleſtem. *Ibid.* 12. 22.

Non enim habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus. *Ibid.* 13. 14.

Et murus civitatis habens fundamenta duodecim. *Apoc.* 21. 14.





Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata &c. Et templum non vidi in ea. *Apoc.* v. 19

Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus. *Ibid.* v. 22

Et civitas non eget ſole neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminat eam. *Apoc.* v. 3

*Civitas terrena, pietate gubernatur.*

SI habitaverit advena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum, quaſi voſmetipſos: fuiſtis enim & vos advenæ in terra Ægypti. *Levit.* 19. 33

In bonis juſtorum exultabit civitas. *Prov.* 11. 10

Ubi non eſt gubernator, populus corruet. *Ibid.* v. 14

Qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea. *Eccli.* 10. 2. Civitates inhabitabuntur per ſenſum potentium: *ſcilicet prudentium.* Ibid. v. 3

Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas, & ingrediatur gens juſta cuſtodiens veritatem. *Iſai.* 26. 2

*Impietate devaſtatur.*

PRæcipita Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus, & injuſtitia. Et non defecit de plateis ejus uſura & dolus. *Pſal.* 54. 10

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. *Pſal.* 126. 1

Benedictione juſtorum exaltabitur civitas: & ore impiorum ſubvertetur. *Prov.* 11. 11

Homines peſtilentes diſſipant civitatem: ſapientes vero avertunt furorem. *Ibid.* 29. 8

Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. Civitates muratas divitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. *Eccli.* 28. 15

Et eris deſerta: quia oblita es Dei Salvatoris tui, & fortis adjutoris tui non es recordata. *Iſai.* 17. 9

Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. *Habac.* 2. 12

## TITULUS XXVIII.

*Clavis mortis.*

ET dabo clavem domus David ſuper humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat. *Iſa.* 22. 22

Ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum, & habeo claves mortis & inferni. *Apoc.* 1. 18

Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David; qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. *Ibid.* 3. 7

## TITULUS XXIX.

*Cogitatio.*

*Cogitationes pravas odit Deus.*

ET unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus. *Zach.* 8. 17

Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat. *Prov.* 6. 12

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. *Matth.* 15. 19

Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, &c. *Marc.* 7. 21

*Cogitationes cordis novit Deus.*

TU exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, ut des unicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor ejus: quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum. 3. *Reg.* 8. 39

Tu exaudiens de cælo, de ſublimi ſcilicet habitaculo tuo: & propitiare, & redde unicuique ſecundum vias ſuas, quas noſti eum habere in corde ſuo: tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum. 2. *Paral.* 6. 30

Et quia opus ei non erat, ut quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. *Joan.* 2. 25

*Nulla cogitatio latet Deum.*

SCio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. *Job* 42. 2

Cognovit enim Dominus omnem ſcientiam, & inſpexit in ſignum ævi, annuntians quæ præterierunt, & quæ ſuperventura ſunt, revelans veſtigia occultorum. *Eccli.* 40. 19